

110

Fœderi Nuptiali,  
VIRI Excellentissimi atque Clarissimi,  
**D. M. SAMUELIS SCHELGUIGII,**  
Gymn. Thorun. Prof. & Con-Rect. dignissimi,

VIRGINISQ; Sexus sui virtutibus Ornatisimæ,  
**A N N A E R E G I N A E ,**

VIRI Admodum Reverendi Clarissimiq;

**D. SIMONIS WEISSII,**

Apud Thorunens. ad D. Mariæ Verbi Mi-  
nistri vigilantissimi, Gymnasiq; Pro-  
fessoris optimè merentis,

FILIAE DILECTISSIMÆ,

IPSO PII AMORIS FESTO,

IX. Septembr. A. O. R. M. DC. LXX.  
applaudunt

SUPREMI ORDINIS AUDITORES.

THORVNII excudit JOH. COEPSELIUS, Gymn. Typ.

1670

**M**αρτυρίου καταργεῖν, οὐκέτι ἐπίσχετον εἶναι  
Δῶρον, πάς αἰγαῖος μηδέποτ' αἰρέεται.  
Ἐνδαιμόνων μετεχέλως εἰς ἐν πολυφύλετοι μητέρες,  
Τοιάντης θελεργῆς νῦν εὐ τυχων ἀλόχοι.  
Ἐύκαρπον βίστόντε καὶ ὅλβιον δέρξε μετ' αὐτῷ  
Ἐυχώσθι διάγης, ἔυχομαι εἰς ηραδίνη.

JOH. SCHUPELIUS. *Mega-Tschiru. Sil.*

**S**it licet hoc ævo res intermortua Candor;  
Candor sub nivea fulgidus ante toga.  
Tu, VIR Clare, tamen non agrè repperis illum,  
Dum cadit in Casses, WEISSIA pulcra, tuos.  
Scilicet hæc tibimet virtus tua gaudia fecit,  
Virtus, obseptas, quæ facit ire, vias.

DANIEL Segentwasser/ Benoît Pomm.

ANNA REGINA Weissin/ per An. ANNE NI VIS VANA GERIS.

**A**nne geris vanum, Tibi dum vis ducere SPONSAM?  
Non, ni vis, pereat stirps tua, vana geris.  
Non sunt vana, DEUS qvæ dat: sunt vana sed ista,  
Qvæ capis ingratus, qvæ cupis absqve DEO.  
Et qvanqvam Sapiens Rex dixerit, omnia vana;  
Excipio SPONSAM, qvam Tibi SPONSE notas.  
Vana fugit, virtutis amat gratissima SPONSA  
Quemlibet ornatum: Vana cur ista cluac?  
Conjugium felix sit, qvod cum Numinis infit  
Auxilio! Precibus talis initur amor.

DANIEL GREVERUS, Zell. Neo-M.

Wie

**W**ie schrecket annoch Ihn/geehrter Herr Mecken,  
Des vor'gen Winters Grim? Wil Er dem Schnee  
und Schlossen

Durch süßes Lebes-Feut in diesem Jahr entgehn?  
Ja recht! Ein kluger Geist der suchet unverdrossen  
Was Ihm mag nüglich seyn. Drumb heg' Er diese Glück  
So Ihm im Herbst entsteht: Es werden solche Flammen  
Im Winter kräfftig seyn/und Ihm viel thun zu guth.  
Durch Hitze wächst ein Werk vol Geist un Krafft zusammen.

Paul Hoffman/aus der Markt.

Ad Clariss. D. Sponsum

**O**nimum felix, pretium, vir sponse, laborum,  
Cum Regina polo, nunc tibi, Sponsa, datur.  
Sed duxisse juvat Reginam: dura, Maritus  
Pareat, exire est, illaque sceptra ferat.  
Res salva est: Domine Comes inclita Gratia: lenit  
Imperium dulcis gratia, paret Amor.

HENRICUS FIEBINGIUS, Svidnic. Sil.

**T**empora quis vetet hæc albo signare lapillo?  
Dum par cum pare delectâ conjungitur apte.  
Sponsus ut est albæ virtutis filius, album  
Sic habet & Sponsam, Charitum næ albedine tintam!  
Alba Thorum nunc fata manent, & gaudia certa.

CHRISTOPHORUS JOACH. WILLICHIIUS,  
Cörlin. Pomeran.

**T**ις, ΦΙΛΕ ΝΤΜΦΕ, Φοναίς τε σύθες φτονεοβάλη  
Εὐχομένας,, σκευοῖς ἐπὶ της χαρεγίς θαλάνις;  
Ως εκλαδούς πελέχει τὸ καλοῦς τῆς δένδρου ἑαυτό  
Παθαδῷ, λαρῆτι τὸ σιναρεξ ἔωπας ἔχει.

Outa

Οὐτως ἐυεβέλων οἰδηπότεροι τέκνα τραγατεῖαι,  
Ηδύτερον τάχει ὡς μεδέν εἴσι γάμω.  
Ζῆτ' εὐφελούμενοι, τῶν αἰνεῖδέτες αἰπάντων  
Τῆς τε τέχνης αἰράθων, σώματος, καὶ δὲ νόμοι.

JOHANNES WENDIUS, Thor. Pruss.

**W**szystkie Muzy śpiewają / a po Helikonie  
Kwiateczki wonne szypią na to gladkie Kronie  
Tey królewny kturey Twarz ; jako gdy Lilya  
Z pięknym kwiatem rożannym w jeden wieniec wiśo  
Tey KŁĘG JN JĘ, ktorą dzys Takiemu holduje /  
Ktoremu Apollo sam wesele sprawuje /  
A przy tym z gode życzy w miłość społecznie  
Także rodzieczne potomstwo dugo żyć bezpiecznie.

Fridr. Lau / z Kwidzyna z Pruss.

**G**ratulor ex animo Sponso Sponsæq; Jehova  
Conjugium vobis det sine labore precor.  
Vivite felices, concordes vivite semper,  
Ut placeat terris, ut superisq; Torus.

ANDREAS PRÖLÆUS, Stolpâ Pomeran.

**D**Ucere quam præstet, quærenti, Sponse, puellam,  
Id dare responsum me bene posse reor.  
Quæ sibi sola sapit, sapit haud, sed desipit : & quæ  
Fœmina culta nimis, fœmina casta minus.  
Hanc duxisse juvat, quæ moribus auëta politis,  
Quæ pia, quæ virgo jure pudica cluit  
Accipis hinc Sponsam tali quia dote, pigebit  
Reginam minimè deperiisse tuam.

EPHRAIM SCHELGVIGILIUS, Gura-Silesius.

Si pru-

**S**I prudens audit, nigrum discernere ab albo  
Qui novit; prudens, qvi præ nigredine captat  
Candorem: Tu non per devia, Sponse, vagaris,  
Quando Tibi socias uxorem, albedine famæ  
Eorum nomen referentem. Gratulor inde:  
Gallinæ fias ex Conjugè filius albæ!

**CHRISTIANUS CASELIUS, Winziga. Siles.**

**Q**ui perhibent dulei pejus nil esse Marita,  
Livor eos mordax cactus & error agit.  
Horrerent pestem sapientia peccata talem.  
Horreres Annam, Sponse verende, tuam.  
Ringantur stolidi: vestras ego comprobo tardas:  
Perpetuâ hæc uiteant prosperitate precor.

**JOH. HEIMIUS, Tilsâ-Pruss.**

**Φ**ΩΣφορε, ημέρων φέρε τῷ παμφεγίᾳ πώλε !  
Κιόλε, νῦν δεῖμοις εἰγυμοῖς τε πνύματ' ἀπειργε !  
Ηὐλιός ὅτη παρὰν ἐνφαίνω, ὅταν ὁδελφῶ  
Εἰς Θάλαμον τῷ κυδίσῳ ἡ ἔρχεται ΛΕΤΚΙΣ,  
Παρεδίνω, ἵς αἰδὸς, θεοφύσκεια, βλέψμα τε κίσμω.  
Ἐκ πρεδίνης κλῆρον τοῖς γῆμαις ἐνχριμεῖ λευκόν !

**DANIEL SCHELGUIG, Hernstad. Sil.**

**H**eres nummorum Gnatus fit morte Parentum:  
Et comes inmensi est usque laboris honor.  
Fœmina sed pia, casta, bonis & moribus ancilla,  
Ut detur, una facit provida cura DEI.

*Delici.*

*Delicium vita non dispar, sponse, capessis,  
Quæ Sparta durum blanda levabit onus.  
Hec Te sola beet, Phœbi laudemq; deensq;  
Tranquillum postquam nunc meditaris opus.*

JOHANN: GOTTFRID: SELTZNE-  
RUS, Lefnā - Polonus.

**D**um telis Pharetratus amor, dum culta Dione  
Militat officiis, dum Tibi ludit Hymen:  
Lucinae dum cura domūs, Hebæq; vitorum,  
Atria dum tædis undiq;ve festa nitent:  
Quid faciā? silcamne? absit, Stipula mihi qvamvis  
Stridenti fas est accinuisse Thoro.  
Suaviter, insigues animæ, convivite; Fati  
Crescat in invidiam SCHELGVIGIANA Domus.

JOHANNES Haas / Glogā-Sil.

**V**IR Præclare, thori celebrans socialia sacra,  
Desponsata tibi nomen & omen habet.  
Blandula nam forma est, Reginæq; dotibus ipsis  
Candida qvod clueat, prospéra qvæq; notat.  
Qvæ precor eveniant! vestram fæcundet olympus  
Prosperitate domum, posteritate genus,

GERHARDUS GERHARDI, Thor. Pruss.

Ad Claris. Dn. Sponsum.

**E**ximias specie vidisti sape puellas,  
Quas jungit variis Misnia culta procis.  
Et queis se Slesii ostentant & Saxonis ora:  
Nulla tamen placuit, sponse calende, tibi.

Anna

Anna placet *Regina tibi*, *Regina est inter  
Quos oculis Nymphas ante metitus eras.*  
*Prussia*, *lans ergo, me judice, sit tibi : Terras.*  
*Quod Nymphis dictas flexan imus superes.*

*JOHANES KRIGERUS, Thorunio Prusso.*

**A** Tra solent, Vir Clare, nihil portendere fausti,  
Moxq; secuturum præmonuisse malum.  
Hinc horrens omen, mavis contraria fata,  
Ac mage præ nigrâ candida Sponsa placet.  
Odextrum Tibimet, voveo, res vertat in omen;  
Fataq; sint contrâ, quælibet atra procul!

*DANIEL STRAUS, Cöslin, Pom.*

**A**ccipe nunc pueri pharetrati spicula, Sponse.  
Spicula pectoribus celeres mittentia flamas,  
Ignibus t ut Sponse possis alludere casta!  
At tu, Sponsa, tuum pariter complectere amore  
Sponsum, linquatur redamante à pectori telum.

*LAURENTIUS DAHLKE, Belgard. Pomor.*

*AD SPONSUM,*

**O**Candidos semper dies  
Tuâ vide cum **CANDIDA**,  
Quâ cum modò jugalia  
Gestis inire vincula!

O fervidis regat Tua  
REGINA flammis pectora,  
Tranqvifla ut halcedonia  
Ubiq; toedas ambiant,

*I nunc*

102.934

I nunc tuā cum CANDIDA,  
Præclare Sponse, compare;  
I faustus, atq[ue] prosp[er]o  
Absolve cœpta Numine.

GEORG. PATZKERUS, Tilsa Pruss.

Connubium, qui sancituit, jam jungere gestit  
Reginam thalamo, Vir venerande, tuo.  
Gratulor ex imo cordis, vovcoq[ue] beatum  
Conjugium. Non mors limina vestra premat:  
Vestra domus non sit, non sint cunabula, non cor,  
Cassa bonis, oro, prole, salute, fidè.

CHRISTOPHORVS CRETLOVIUS, Lobs. Polon.

וְקִיּוֹת וְרַבִּית קָתְמָן בָּרוּךְ שְׁמֵיכָם  
כָּאֶבֶרֶחֶם וְשָׁרֶה  
וְיַצְחָק אֲפָר וְרַבְקָה  
לְךָ רָגְנָן וְזָאת מְתַבֵּל קָתְמָן בְּשְׁפָתִים:

HERMANNUS Scholz/ Vratisl. Sil.

Gaude de tali, castissima Sponsa, Marito,  
Lata Virum Thalamo suscipe, Virgo, novo.  
Qualis & Octaum dilexit casta maritum  
Halcyone, Ceyx & redamavit eam.  
Æmula Tu casta mores imitata Reginæ,  
Ex toto Sponsum pectorc, Sponsa, cole.

PAVLVS NADHERA,  
Szczekolczens. Pannonus.

